



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in
co[n]uentu Noremburgensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab
eodem legato|| ...**

Hadrian <VI., Papst>

Noremburgæ, 1523

VD16 K 320

46 Insuper nimiumq[ue] pro viribus, illicitis exactionibus grauant episcopi
beneficia ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

latum beneficium in annuo habet proventu, nonnunquam etiam, quantum bimo. Ita enim altera portio exigitur Episcopo, & reliqua interim archidiacono, aut archipresbytero, p*ro* inuestura, vel possessionis traditione.

Insuper nimiumque pro viribus, illicitis exactionibus gra⁴⁶ uant episcopi beneficia, subsidijs nimirum, nullae licet subsint urgentes, aut illud sibi admodum postulantes causa, hoc est quod iura vocant, manifeste & rationabiles, vltra etiam modum, quem iura communia in casibus euidentibus & necessarijs praescribunt. Illis nepe casibus, quibus solis iura, subsidium ab ecclesiasticis erogari permittunt, fitque eius immodico usu, vt presbyteris vitae necessaria, vix aut certe ne illa quidem relinquuntur. Demum & in totius populi caput hoc refundat onus, quando ita praemuntur sacerdotes, vt respirare eis non liceat, ni vicissim subditam plebeculam arrodant. Ita ex onere seritur onus, eousque, vt nullum gratis, nisi numeretur semper aliquid, ministrat sacramentum, ecclesiaeque Christianae donum, ad quod tamen praecipuum gratis vt faceret, darentque ea gratis, quae nullo are redimi possunt, atque ipsi gratis accepissent, sacrosancti Euangelij attestantibus literis, tenebantur. At illud res ipsa fecit notorium.

QVO PACTO SAEPIVS ET QUIDEM PLV

res, vna indocti atque inidonei ordinentur sacerdotes, Item Archiepiscopi, episcopi, & eorum suffecti, quos Suffra⁴⁷ ganeos vocant, saepenumero plures indoctos, idiotas, inhaeriles, vilesque, ac ludicras personas ad sacerdotij functionem ordinant, qui cum ex ministerio ecclesiae, ad quod minus sunt idonei, viuere non possint, tamen neque aliunde vel ex beneficijs, vel proprijs hereditarijs bonis, vnde vitam presbytero dignam, ducere queant, habent, sed tantum imaginarios & fictitios, aliquando neque illos quidem, secum ferunt titulos, fitque dehinc, aut ex innata malicia, morumue leuitate, aut qua praemuntur, aegestate (sicut res est maesuada fames) vt

Ed. v. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.